

earundem priorisse et conventus, que, ut asserunt, modicos redditus habere dinoscuntur et de laboribus manuum suarum necessario habent vivere, fuit nobis humiliter supplicatum, ut predictis institutioni, erectioni, incorporationi, annexioni et unioni et aliis premissis robur nostre confirmationis adicere et alias eis in premissis providere oportune dignaremur.

Nos igitur de premissis certam noticiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate legationis nostre, qua fungimur in hac parte, discretioni tue per hec scripta committimus et mandamus, quatinus de premissis omnibus et singulis et eorum circumstaciis universis auctoritate nostra diligenter te informes et si ita esse et illa pro divini cultus et religionis augmento et alias rite facta inveneris, super quo tuam conscientiam oneramus, institutionem, erectionem, incorporationem, annexionem et unionem predictas et alia omnia inde secuta eadem auctoritate nostra rata habentes et grata, ea approbes et confimes.

Et nichilominus, si approbationem et confirmationem predictas presentium vigore per te fieri contingat, nos dicte priorisse et sororibus, quod omnibus et singulis indulgenciis, indultis et privilegiis, quibus prior et conventus monasterii in Wyndesem dicti ordinis Traiectensis dyocesis utuntur et gaudent, eciam uti et gaudere possint et valeant, et quod predicte priorissa et conventus in domo infra opidum huiusmodi aliquas sorores professas et velatas de earum conventu sub clausura et observancia similibus de consilio earundem confessoris ponere illasque revocare et loco illarum alias deputare, quociens eis videbitur expedire, eadem auctoritate nostra tenore presentium indulgemus, non obstantibus premissis necnon constitutionibus apostolicis, statutisque et consuetudinibus domus et ordinis predictorum iuramento, confirmatione vel quavis alia auctoritate roboratis ceterisque contra- riis quibuscumque.<sup>6)</sup>

29 eis fehlt a    33 illa: ita b    41 opidum fehlt b    44 statutisque: statutis a.

6) Zum weiteren Fortgang s.u. Nr. 1882.

#### zu 1451 Oktober (bis 5), Aachen.<sup>1)</sup>

Nr. 1847

*Eintragung in der Cellerariatsrechnung des Kapitels von St. Marien in Aachen über Ausgaben für Bewirtung und Beherbergung des NvK.*

Or.: AACHEN, Domarchiv, Cellerariatsrechnung 1451/52 f. 6<sup>v</sup>.

Druck: Meuthen, Nachträge 447f.

Item propinata domino cardinali sancti Petri ad vincula legato diversis vicibus xxiiii<sup>or</sup> sext(aria) vini, quarta ad iiiii s.; fac(it) xxxii m. Item portanti vi s.

Item pro aliis expensis per dictum dominum cardinalem factis tam in domo domini cantoris<sup>2)</sup> quam in hospitiis xxiii flor. Renenses iiiii s. Colonienses, de quibus solverunt reddituarii urbis Aquensis pro media parte xi/, flor. Renenses ii s. Colonienses. Sic remanet totidem pro parte capituli, faciens in moneta Aquensi lxvii m. iiiii s.

1) Die undatierte Eintragung steht zwischen Posten vom ersten Sonntag im Oktober (3. Oktober) und vom folgenden Freitag (8. Oktober). Nr. 1849 gibt den Terminus ante quem für die Abreise des NvK aus Aachen und damit für das Ende seiner Gastung ebendort.

2) Petrus de Raederen, der die Kantorei 1443 durch Carvajal und NvK erhalten hatte; s.o. Nr. 561 mit Anm. 2. Vgl. auch unten Nr. 1948.

#### 1451 Oktober 5, Arnheim.

Nr. 1848

*Eintragung in der Stadtrechnung von Arnheim über den von einem Gerit Hagen überreichten Brief des NvK.<sup>1)</sup>*